

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Potestas c
cum uariis

Quamuis quolibet in loco positi cogitando, loquendo, agendo peccemus, tunc tamen per tria hec animus effrenatius rapitur, cum mundi huius prosperitate subleuatur. Nam cum preire potestate se ceteros conspiciat ut cum auctoritati uocis a nullo resistitur, lingua licencius per abrupta diffrenatur. Cumque facere quod libet, licet, iuste sibi omne estimat licere quod libet.

Gregorius libro V. moralium.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

rapitur] capitur C P V¹ V² L¹ L²; se *om.* (*cor. in marg.*) M; ut] et V² L¹ L²; diffrenatur] disfraenatur L¹ L²; quod libet] quolibet B; V. *om.* V² L¹ L²